# XXXI. MAII. אייר II.

## PRIDIE CAL. IVNII. Ἀρτεμίσιος.



# IVNIVS.

## סיון SIVAN.

### TERTIVS.

### Eſther 9.

Δέσιος.

*Qui & Δάισιος à Plutarcho & Δέσιος à Suida dicitur.* Á Bœotijs Ἱπποδρόμιος. *Plutarch. Camillo.*

*Idem in Arato Dæſium coniungit cum Antheſterione, pag. 358.*

Ἑκατομβαιών.

*Dictus etiam* Κρόνιος. *Plutarch. Theſeo Idem* ἑκατομβαιῶνα *dicit à Macedonibus uocari* Λῷον *in uita Alexandri Magni, ſicut Ioſephus quoq;, cum de morte Aaronis loquitur, hos menſes coniungit.*

Παυνί.

Ardua Solis equos trahis ad faſtigia VITE.
Agni mõſtrat onus ſed BABTISTES tibi PETRE.

Q

Kalend. Iunij, biduo ante diem Pentecostes. Anno 1587. Soluerunt ex promontorio Gieser, chariſſimi Filij mei, Fridericus et Nicolaus Paselici, cum Praeceptore ſuo d. Martino Nordano in Germaniam traijcientes. Quos opt. Materfamilias nostra, deinceps in celeberrimam Academiam Heidelbergensem profecturos Rostochium foeliciter deduxit: ac cum ex illa urbe diſcederent, iter ſuſciperent, pijs votis DEO, protectori nostro ac memorato ipſorum Praeceptori accuratis verbis commendauit. Is benigniſſimus DEUS, faxit ac praestet: ut exoptatiſſ. Filios iſtos meos, non tam ſaluos et incolumes, verumetiam quam optimos ac doctiſſimos, iterum videamus: ac ipſi coniunctis precib. ſimul gratias ſempiternas agamus.



# I. IVNII. סיון III.

## CALENDAE. ΔΑΙΣΙΟΣ.

Menſe III. egreßionis ex Aegypto in die hac, hoc eſt, ut omnes fere interpretantur, die prima, PERVENIT POPVLVS DVCE MOSE IN SOLITVDINEM AD MONTEM SINAI, ubi commoratus integrum annum fermè, legem Dei accepit, & tabernaculum cum omnibus uaſis ad ſacrificia neceſſarijs iuxta Dei præſcriptum fabricauit. Exod. 19.

CALENDAE FABARIAE dictæ, quo die CARNAE Deæ ſacra faciebant Romani, & recentes fabas comedebant cum farre, ne uiſcera illo anno læderentur. Macrob. lib. 1. Satur. cap. 12. Ouid. 6. Faſt.

C. Martius Rutilus COS. de Priuernatibus triumphum egit anno urb. 396.

# II. IVNII.

## IIII. NONAS.

סִיוָן III.

ΔΕΎΤΙΟΣ.



ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ.

ΠΑΥΝΊ.

# III. IVNII.

## III. NONAS.

## ERASMVS.

M. FAbius *Ambuſtus de Tiburtibus triumphum egit anno urbis 399.*

# IIII. IVNII.

סִיוָן III.

## PRIDIE NONAS.

ΔΕΎΤΙΟΣ.

BLONDVS FLAVIVS *Hiſtoricus inter recentiores diligentiſsimus moritur* Romæ *anno* 1463. *ætatis anno* 75.

HENRICVS *Dux* LVNEBVRGENSIS, *Ducis* ERNESTI F. *naſcitur Cellæ mane hora* 4. *circa Solis ortum Anno* 1533.

*Sepultura Regia, Serenissimi ac Optimi Principis, ac DNI Dni Friderici 2. Daniæ et Norvegiæ Regis, Dni nostri clementissimi, Roschildis, in templo Sancti Lucij, Anno 88. Dt.*

# V. IVNII.

ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ.

## NONAE.

ΠΑΪΝΙ.

BONIFACIVS.

PVGNA LEVCTRICA.

*Quinto die menſis* ἑκατομβαιῶνος *Lacedæmonij magna ſtrage cæſi ſunt à Thebanis duce* PELOPIDA *&* EPAMINONDA, *ad oppidum Bœotiæ* LEVCTRA *non procul à ſepulchro filiarum* SCEDASI, *quas iam olim duo Spartani iuuenes hoſpitaliter excepti abſente patre per uim ſtupratas interfecerant, ad quod ſepulchrum poſtea pater Scedaſus, cum nequicquam magiſtratus Spartani uindictam imploraſſet, ſe quoq; ipſe confodit. Excitauerat autem id bellum* AGESILAVS *uir alioqui præſtans, ſed tunc nimis iræ ſuæ & pertinaci odio in Thebanos indulgens, quo bello uires ciuitatis Spartanæ prorſus ſunt fractæ. Plutarch. Camillo & Ageſilao.*

*Hoc die natus eſt in oppido imperiali Northauſen, Dominus* IVSTVS IONAS *ſacræ Theologiæ Doctor, triente horæ poſt quintam matutinam anno* 1493.

*Veni in academiam Vitembergensem anno 1549*

*Hoc die in profesto Pentecostes anno 1557. præstiti iuramentum Illustrissimo Principi, ac Dno. Dno Christiano tertio, Regi Daniæ etc. et factus sum Regiæ Maiestatis suæ consiliarius, et minister. In nomine Summæ TRINITATIS. Ætatis meæ 27. anno.*

# VI. IVNII.

סִיוָן III.

## VIII. IDVS.

ΔΕΎΤΙΟΣ.

## OLYMPIA.

Sexto die ἑκατομβαιῶνος natus eſt ALEXANDER MAGNVS, quo die pater Philippus POTIDAEAM cœperat, Illyricos duce Parmenione prælio uicerat, & in Olympico certamine equeſtri uictor declaratus fuerat.

Eodem die & anno TEMPLVM DIANAE EPHESI INCENDIO CONFLAGRAVIT, ubi Sacerdotes in oppido tanquam furibundi diſcurrentes clamarunt, eo die magnum Aſiæ malum alicubi natum eſſe. Fuit autem is annus ante Chriſtum natum 354.

IOHANNES MOLITOR dictus à patria REGIOMONTANVS, excellentiſsimus Mathematicus, naſcitur in oppido Franciæ MONTE REGIO anno 1436. hora 4. min. 40. poſt meridiem.

NEAPOLIS ab Alfonſo Rege Arragonum capta eſt anno 1442.

## שבועות

HEBDOMADES ſeu PENTECOSTE, quam feſtiuitatem Iudæi quotannis celebrant ſexto die menſis Siuan. Quia credunt manipulum ſemper eſſe oblatum, proximo die poſt mactatum agnum paſchalem hoc eſt: XV. die Niſan. ☙



ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΩ̃Ν.

# VII. IVNII.

ΠΑΥΝΊ.

## VII. IDVS.

LVDI PISCATORII Romæ quotannis celebrabantur in Tyberi iuxta campum Martium. Ouidius 6. Faſt.

☙ Hoc die exiſtimant Legem ad montem Sinai datam eſſe, ideoq; mel & ficus eo die comedunt.

ΠΡΟΚΎΩΝ veſpertino occidit.

ΠΡΟΤΡΥΓΉΤΗΣ mane occidit.

# VIII. IVNII.  סִיוָן III.

## VI. IDVS.  ΛΕΥΎΤΙΟΣ.

ΘΗΣΕΙΑ *Athenis celebrata ſunt octauo die* ἑκατομβαιῶνος, *quo die* THESEVS *interfectis in itinere aliquot latronibus primum Athenas ingreſſus eſt, ſalutaturus patrem* AEGEA, *quem euſq; ignorauerat.* Plutarch. *in Theſeo.*

NICOLAVS LEONICENVS *natus anno* 1428. *cum publicè docuiſſet* Ferrariæ *annos ſexaginta, hoc die ibidem mortuus eſt anno* Chriſti 1524. *ætatis anno nonageſimo ſexto.*



ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ.

# IX. IVNII.

ΠΑΥΝΊ.

## V. IDVS.

VESTALIA *celebrabantur* Romæ, *feriæ* Veſtæ, *quo die* Aſini *coronati, & onuſti panibus circumducebantur per urbem, & quieſcebant molæ & furni piſtorum.* Ouidius 6. Faſt.

## CLADES PARTHICA.

Eodem die:

CRASSVS *ad* Euphraten *aquilas, natumq́; ſuoſq;*
Perdidit, *& læto eſt ultimus ipſe datus.*
Ouid. *ibidem.*

Caput GEMINI præcedentis mane oritur.

ΠΡΌΠΟΥΣ cum Sole occidit.

# X. IVNII.

סִיוָן III.

## IIII. IDVS.

Δεύτιος.

FRIDERICVS Barbaroſſa Imp. contra Saracenos mouens, in minore Armenia, Selephium amnem ingreſſus, miſere perijt, anno Chriſti 1190. Cuſpinianus fluuium Serram ab incolis uocari ſcribit.

Celebraui nuptias, cum honeſtiſſima virgine, Iudith Frecſen, d. Nicolai Frecſeni ciuis Roſtoch. filia, mediocri ſolennitate, In nomine ſummae TRINITATIS, Anno Dni.

1554.



Ἑκατομβαιῶν.

# XI. IVNII.

## III. IDVS.

Παυνί.

MATRALIA

Romæ celebrata. Ouid. 6. Faſt.

# XII. IVNII.

סיון III.

PRIDIE IDVS. ΔΕΎΤΙΟΣ.

*Athenis celebrata ſunt* ΚΡΌΝΙΑ, *id eſt, Saturnalia. Demoſth. contra Timocratem*: τῇ ἑκατομβαιῶνος δωδεκάτῃ τὸν νόμον εἰσήνεγκεν εὐθὺς, καὶ ταῦτα ὄντων ΚΡΟΝΊΩΝ.

*P. Licinius Craſſus Procoſ. de Luſitanis triumphum egit anno urbis* 660.



ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ.

# XIII. IVNII.

IDVS.

ΠΑΥΝΊ.

QVINQVATRIA MINORA.

*Feſtum Tibicinum & Poëtarum Romæ.*

FRANCISCVS OTTO DVX LVNEBVRGENSIS, *Ducis* ERNESTI *primogenitus, naſcitur anno* 1530. *ſeſquihora poſt meridiem*: Cellæ.

Hoc die anno 1559. magno prelio vincuntur Dithmarsienses ad oppidum Heidam, in quo ceciderunt tria millia rusticorum, et sic grauiss. conditionibus gens ferociss. post diuturnam, et malitiosam petulantiam, Illustrissimis Holsatiae Ducib. subijcitur. Bellum hoc simul administrabant Illustriss. Principes, Fridericus secundo Electus rex Daniae et Iohannes, et Adolphus fratres, Duces Slesuici, et Holsatiae.

ΠΛΌΚΑΜΟΣ Coma Berenices matutino occidit.

Ego in isto bello omnibus his fui in exercitu, non sine magnis molestijs et periculis.

# XIIII. IVNII. סִיוָן III.

## XVIII. CAL. QVINTIL. ΔΕΥΤΙΟΣ.

FERDINANDVS ARCHIDVX AVSTRIAE Regis FERDINANDI *filius naſcitur anno* 1529. *intra horam ſecundam & tertiam pomeridianam.*

ΠΡΌΠΟΥΣ mane oritur.



ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ.

# XV. IVNII.

ΠΑΥΝΙ. XVII. CAL. IVLII.

## VITVS.

*Ouidius.*

*Hæc eſt illa dies, qua tu purgamina Veſtæ,*
*Tybri per Hetruſcas in mare mittis aquas.*

*Nam hoc die ſtercus ex æde Veſtæ deferebatur.* Varro.

# XVI. IVNII.

סיון III.

## XVI. CAL. IVLII.

ΔΕΎΤΙΟΣ.

ΜΕΤΟΊΚΙΑ *celebrabantur Athenis* τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ ἑκατομβαιῶνος *in memoriam beneficij* THESEI, *qui ciues Atticos ſparſos per agrum, coëgit in unam Vrbem, quam appellauit* ἈΘΉΝΑΣ. *Plutarch. Theſeo.*

*Thucydides uocat hoc feſtum* ΞΥΝΟΊΚΙΑ *lib. 2. pag.* 40.

ARCTVRVS mane occidit.



ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ.

# XVII. IVNII.

ΠΑΥΝΊ.

## XV. CAL. QVINTIL.

Hoc die, Dnica Trinitatis, Anno 1576. Serenissimus Rex nr, cum Ill.mo Socero Duce Vdalrico, et reliquis Principib. Megapolensibus, ornatissimo cum comitatu, urbem Rostochium, ingressus est, Inde Gustrovium profectus. Postea Dobberanum inde Wismundam.

Nebuloſa in oculo SAGITTARII veſperi oritur.

# XVIII. IVNII.

## XIIII. CAL. QVINTIL.

סִיוָן III.

ΔΕΎΤΙΟΣ.

ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ.

ΠΑΥΝΊ.



# XIX. IVNII.

## XIII. CAL. IVL.

# XX. IVNII.

סיון III

## XII. CAL. QVINTIL.

ΔΕΎΤΙΟΣ.

*Chriſtianorum exercitus ducibus Gotfredo & Balduino uicit* PERSAS *memorabili ſtrage ad* ANTIOCHIAM, *cæſis quinquaginta millibus hoſtium. Benedictus de Aculſio lib. 2. de bello contra barbaros.*

Hoc die, paulo ante horam
♄ quartam vespertinam, nascit[ur]
carissima filia mea primoge=
nita, cui nomen dulciss. ma=
tris meæ, in ipsius iucunda, et
gratam memoria, tribui.
Anno a salutifera nativitate
Redemptoris nri Iesu Chri.
1 5 5 6.

Nebuloſa in capite SAGITTARII mane occidit.



ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ.

# XXI. IVNII.

ΠΑΥΝΙ.

## XI. CAL. IVLII.

Humerus ſiniſter ORIONIS, & caput GEMINI ſequentis mane oritur.

# XXII. IVNII. סיון III.

## X. CAL. QVINTILIS. ΔΕΎΤΙΟΣ.

PHILIPPVS Imperator germanicus FRIDERICI BARBAROSSAE filius à quodam ſuorum procerum in arce Bambergenſi, cum poſt inciſionem uenæ corpus quiete reficeret, cum magno luctu Germanorum occiſus eſt. Anno 1208.

Cn. Fuluius Centumalus Procoſ. ex Illyrijs naualem egit triumphum anno urb. 525.



# ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ. XXIII. IVNII.

## ΠΑΥΝΊ. IX. CAL. IVLII.

Hoc die menſis III. propoſita ſunt & emiſſa in prouincias edicta Regis ASSVERI contraria prioribus, quæ AMAN hoſtis Iudæorum de uniuerſa gente Iudaica delenda impetrauerat: Quibus non modo confirmabatur Iudæis ſecuritas, ſed fiebat etiam poteſtas, omnes inimicos uim tentantes interficiendi, qui dies magna cum Iudæorum lætitia exceptus & transactus eſt. Eſth. 8.

# XXIIII. IVNII. סיון III.

## VIII. CAL. QVINT. ΔΕΣΙΟΣ.

## IOHANNES BAPTISTA.

**SOLSTITIVM** ROMANIS, *tempore* IVLII.

VESPASIANVS IMPERATOR *moritur anno ætatis 69. poſt Chriſtum natum 81. cum 9. annis imperij ſui Rempublicam, diſciplinam & iura penè ſubuerſa immanibus flagitijs Caligulæ, Neronis, & reliquorum portentorum, magno ſtudio & ſecuritate reſtituiſſet.*

GVILELMVS PHILIPPI LANDGRAVII HASSIAE PRIMOGENITVS, *natus eſt minutis 36. poſt quintam matutinam anno 1532. eleuatione 51.*

*Eodem die natus eſt uenerandus Dominus Doctor* IOHANNES BVGENHAGEN POMERANVS, *paſtor Eccleſiæ* VVITEBERGENSIS, *anno Chriſti 1485.*

*Eodem die* IOHANNES BRENTIVS *paſtor Eccleſiæ* HALLENSIS *in Sueuia, natus eſt in oppido Sueuiæ Villa, anno 1499. minut. 10. poſt quartam pomeridianam.*

*Hoc die Anno [illegible]98. vidi primum et salutavi Bergi in templo, sub concione, dnum Henricum Normannum, de Dubbenitze, Præfectum Rugiæ. Quod, ut nobis ac familijs nris, faelix, faustum et salutare sit: faxit et præstet DEVS, ois boni Largitor. Huic bono ac nobili viro, ego anno proxime sequenti, despondi et elocavi filiam Catharinam*



# ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝ. XXV. IVNII.

## ΠΑΥΝΙ. VII. CAL. IVLII.

*Hoc die cōmiſſum eſt prælium ad* MERSBVRGVM, *quo conflixit* IMPERATOR HENRICVS IIII. *cum* RODOLPHO DVCE SVEVORVM *affine ſuo, quem incitauerant Epiſcopi aduerſus Henricum, & Imperatorem elegerant autore Pontifice Romano. In quo prælio* RODOLPHVS *amiſſa dextra perlatus in urbem mortuus eſt anno 4. poſt, quàm fuerat à factione Pontificia electus Imperator, anno Chriſti 1080.*

Nebuloſa in capite ORIONIS mane oritur.

# XXVI. IVNII.

סיון III.

## V.I. CAL. QVINTIL.

ΔΑΙΣΙΟΣ.

IVLIANVS Apoſtata Imp. acerrimus hoſtis atq; illuſor Chriſtiani nominis, in Perſia occiſus, & hoc die in uilla ſuburbana urbis Ciliciæ TARSI ſepultus, Eccleſiam Chriſti uexatam, & gementem, maximo metu liberauit anno poſt natum Chriſtum 366.



ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ.

# XXVII. IVNII.

ΠΑΥΝΙ.

## V. CAL. IVLII.

Hoc die menſis III. ita auctæ ſunt aquæ diluuij continuis imbribus 40. dierum, VT ARCA SVBLATA VNDIS, INTER PROCELLAS FLVCTVARE CEPERIT, eoq; die demum horrendi imbres ruere deſierunt, nihilo minus tamen creſcentibus aquis. Geneſ. 7.

# XXVIII. IVNII. סִיוָן III.

IIII. CAL. IVLII. ΔΕΣΙΟΣ.

ALEXANDER MAGNVS *cùm ſibi libidine & heluatione ardentiſsimam febrim accerſiuiſſet, hoc die menſis* δεσίε *ad ueſperam mortuus eſt* Babylone, *anno ætatis* 32. *anno regni* 12. *ante Chriſtum natum* 323. Plutarch.

*Eodem die & anno* DIOGENES *Philoſophus cognomine* CYNICVS *à cane morſus, neglecta curatione uulneris obijt. Suid. &* Laërt. *in uita* Diogenis.

SIGISMVNDVS *Imperator naſcitur anno* 1427. *minutis* 36. *poſt tertiam pomeridianam.*

Hoc die CAROLVS V. HISPANIARVM REX *&c. abſens electus eſt* IMPERATOR *Francofordiæ ad Mœnum, anno* 1519.

ANTIOCHIA *Syriæ poſt menſium undecim obſidionem ab* Europeis *exercitibus, erepta eſt Saracenis, centum millib. hoſtium occiſis, anno* 1098.



# ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΏΝ. XXIX. IVNII.

ΠΑΧΝΊ. III. CAL. QVINTIL.

PETRVS ET PAVLVS.

Humerus dexter ORIONIS oritur mane.

# XXX. IVNII. סִיוָן III.

## PRIDIE CAL. IVLII. ΔΕΎΤΙΟΣ.

IOHANNES FRIDERICVS DVX SAXONIAE ELECTOR, IOHANNIS ELECTORIS FILIVS, τροφεὺς *Eccleſiæ & Academiæ huius, natus eſt anno* 1503. *dimidia hora poſt* 6. *pomeridianam.*

*Q. Martius Tremulus de Anagninis & Hernicis triumphum egit anno urb.* 447.

*T. Statilius Taurus Procoſ. ex Africa anno urbis* 719.



# IVLIVS.

## OLIM VOCATVS QVINTILIS.

# תַּמּוּז THAMVS.

## QVARTVS.

ΠΆΝΕΜΟΣ.

SVID. πάνεμος ὄνομα μηνὸς παρὰ μακεδόσιν ὁ ἰούλιος.

ΜΕΤΑΓΕΙΤΝΙΏΝ.

*À Siracuſanis dictus* ΚΆΡΝΕΙΟΣ, *Plutarch. Nicia: pag.* 155. *À Bœotijs* πάνεμος, *Plutarch. Camillo pag.* 47. *in Ariſtide idem ſcriptor* πάνεμον *cõiungit cum ſequente menſe Attico Boëdromione, ubi lege reliqua de menſibus non congruentibus pag.* 113.

ἘΠΙΦΊ.

Iam MARIAE ſobolem Baptiſta ſalutat in aluo,
Adficit Herodes nece IACOBVM Sebedeum.